



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]**

**Heynlin, Johannes**

**Colonie, 1501**

**VD16 H 3452**

ij An ne in aliqua nocte quis licite possit celebrare

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**



# Capitulum

**Dubiū**  
**Sol.** Tantū esse dicitur ut possit recipere pedē calicis et hostiā. et quod sacerdos minus super ipsum cum hostia retinendo convenienter consecrare possit.  
**vi** Quid si sacerdos aliquod de predictis requisitis omittat. vtrius scilicet consecret celebrando.  
**Sol.** Si obseruet alia ad consecratōem necessaria consecrat. sed tamē grauitē peccat scienter omittens

**¶ Capitulum quartū de dubijs occurrentibus circa tēpus cōgruum quo celebrari debet. duos habet articulos.**

**Arti. i.** **¶ Resoluit quattuor dubia occurrentia circa tempus celebrandi commune. videlicet circa diem.**

**I** Utrum indifferenter in nocte et in die liceat alicui missam celebrare.

**Sol.** Non licet regulariter nisi in die. hoc enim sacramentum ad tempus gratie pertinet quod per diem significatur. Unde et saluator dixit. Ne oportet operari donec dies est.

**ii** Utrum ne aliquando liceat in nocte celebrare

**Sol.** Solum in duabus noctibus licitum est. videlicet in nocte natiuitatis christi. et in nocte resurrectōnis.

**Dubiū**

**iii** Utrum ne liceat aliquando ante initium diei celebrare.

**Sol.** In tribus casibus licet. Primus casus. si necessitas postulet. vt si contingat aliquem infirmari ad mortem et non habeatur hostia consecrata potest sacerdos celebrare et consecrare. Secundus casus est. si episcopus sit in itineratione tunc potest ante diem celebrare vel facere celebrari coram se. Tercius casus est. si quis habeat dispensationem ab episcopo vel superiore vt possit celebrare ante diem. tunc tene potest aliter non est tutum. nisi aliqua rationalis et vrgens necessitas superuenerit.

**iiii** Quid si quis celebret credens diem iam incepisse. sed tamē nondum incepit.

**Sol.** Quia quod parum distat nihil distare videtur. talis excusatur precipue si deuotio id postulat

**Arti. ii.**

**¶ Resoluit tria dubia que se offerunt circa tempus celebrandi proprium. scilicet circa horam**

**I** Qua hora diei liceat missam celebrare.

**Sol.** Missae solennes siue publice secundum canones tribus horis celebrari debent. videlicet hora tertia in diebus festiuis. hora sexta in profestis diebus. et hora nona in diebus ieiuniorum. In hoc tamen obseruanda videtur deteri consuetudo regionis vel religionis. Priuate vero missae celebrari possunt a principio diei. vsque ad horam nonam. hoc est vsque ad meridiem

**Dubiū**

**ii** A quo tempore sumendum sit principium diei

**Sol.** Principium diei non est accipiendum ab ascensu solis super nos